

propter ecclesiam quam a Cristo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax et disciplina ecclesie per fideles principes, sive solvatur, ille ab eis rationem exigit qui eorum potestati suam ecclesiam tradidit. Hec ibi per YSIDORUM⁴³². Concordat cum sequentibus, in fine, ubi dicit: Nec quidquam maius est unde deo sacrificium possitis offerre quam si id ordinetis, ut hii qui in suam et aliorum perniciem debachantur, competenti debeant vigore compesci. Etc.⁴³³.

86. Et de istis scandalizatoribus ecclesie et maxime hereticis dicit GREGORIUS PAPA, I, q. III: Pervenit ad nos fama sinistra quod quidam [F, 147r; G, 130r] episcoporum non sacerdotibus proprie diocesis^c decimas atque cristianorum oblaciones conferant, sed potius laicalibus personis, scilicet^d militum sive servitorum vel, quod gravius est, consanguineis. Unde si quis episcopus amodo inventus fuerit huius divini precepti transgressor inter maximos hereticos et anticristos non minimus^e habeatur, sicut Nicena sinodus de symoniaciis censuit, et qui dat episcopus et qui recipiunt ab eo laici, sive precio, sive beneficio, eterni incendii ignibus deputentur. Hec ibi⁴³⁴.

87. Sic suo modo dicendum de illis hereticis qui usurarios contractus excusant et defendunt. De quibus supra dictum est⁴³⁵. Et sic patet quomodo quis esse debet arbitrator et moderator rei sue. Expediit enim reipublice ne quis re sua male utatur et ne sit dilapidator rerum suarum. Ad hoc, Extra, De consuetudine, Ex parte, in textu et in glosa⁴³⁶.

88. Dicit consequenter idem in scriptis suis, probando suas posiciones sic: «Item omnis rerum comutacio inter homines fit naturaliter propter necessitates vite humane. Et ideo sequitur quod commensuracio eorum debet fieri secundum maius et minus in valore secundum quod minus habent de utilitate et necessitate ad vitam humanam. Variatur autem huiusmodi

^c diocesis om. G
^d scilicet corr. sed
^e minimus corr. minus

432. DG, pars 2a, causa XXIII, q. V, c. 20 (FRIEDBERG, I, 936-937). Emprunté à ISIDORI Sententiarum l. III, c. 51, n^{os} 4 et 6 (PL 83, 725-726).

433. DG, ibid., c. 4 (FRIEDBERG, I, 943-944).

434. Ibid., causa I, q. III, c. 13 (FRIEDBERG, I, 417).

435. Cf. supra, I, pp. 202-205.

436. Decret. Greg. IX, l. I, tit. IV, c. 10 (FRIEDBERG, II, 41): «HONORIUS III: Ex parte vestra fuit propositum coram nobis quod quum in patria vestra servatae sint hactenus duae consuetudines abusivae, quod si forte indigena vel extraneus prodigalitatibus vitio, vel incuria, seu quocunque casu alio dissipaverit vel amiserit omnia bona sua, bona uxoris suae... tam mobilia quam immobilia, pro suae voluntatis libito alienat... Tenore praesentium declaramus, vos non teneri ad huiusmodi consuetudines tanquam iuri contrarias observandas». Decret. Greg. IX cum glosis (CJCa, II, 94-95).

[Handwritten notes in the margins:]
Top right: *Long = leg 50*
Top right: *deus / au temp / au pop*
Left margin (vertical): *4. A. Dicit t...*
Left margin (vertical): *card 9...*
Left margin (vertical): *me p...*
Left margin (vertical): *me p...*
Bottom left: *1, de cons...*
Bottom left: *12*
Bottom left: *172*
Bottom left: *31*
Right margin (vertical): *1, 3, 10*
Right margin (vertical): *moi...*
Right margin (vertical): *11...*
Right margin (vertical): *111*
Right margin (vertical): *12*

utilitas multipliciter. In maius videlicet, ex tempore, ex loco, ex personarum condicione et ex ipsarum rerum natura. Quare ergo in vendicione transfertur rei substancia cum usu eius, vel simpliciter vel ad tempus. Et quando simpliciter, constat quod plus recepturus sit emens quam si translata sit ad tempus. Unde concluditur quod quando temporalis est vendicio, quod non tantum precium requiritur ac si esset ad omne tempus. Idem in empcione ad vitam, quia, racione periculi et dubii qui excusant in talibus, non requiritur tantum precium ac si perpetue emeret, maxime si tempus est indeterminatum, scilicet ad vitam hominis que [G, 130^v] dependet a natura. Unde tolleratur in talibus si quandoque minus datur. Idem indico in contractibus ad reemendum. Nam omni die, oportunitate captata, potest eciam quis pro simili precio rem reemere^f ut vendit, et sic videtur quod de natura et naturali racione tales contractus valeant». Hec verba oppositum scribentis.

89. Respondeo^g : In quibus verbis triplicem innuit empcionem et de natura cuiuslibet dictum est supra post THOMAM⁴³⁷. Et ibi vide. Et si secundum hoc intelligere vellet, concederetur semper probacio eius, sed vult ipse quod in empcione sub condicione non sit tantum recipiendum sicut in empcione simpliciter. Quod est manifeste contra scripturam THOME, supra, que dicit quod si non datur iustum precium, presumitur contractus usurarius, ut ibi⁴³⁸. Et quod dicit quod idem indicat in contractu ad reemendum, sicut de emptore census annui, dicendum quod postquam probaverit contractum empcionis precessisse, credamus ei quod dicit de reempcione. Sed adhuc hoc non probavit in scriptis suis, nec probet, ut deductum est supra⁴³⁹. Loculenter ergo verba ipsius quo ad hoc sunt, ad *Ephesios*, in aere volancia, ut dicit PSALMISTA : *Narraverunt michi iniqui fabulaciones, sed non ut lex tua*⁴⁴⁰.

90. De [F, 147^v] empcione autem census annui tactum est supra⁴⁴¹. Pro cuius intellectu [D, 228^va] formatur questio : Utrum liceat emere redditus ad vitam sive perpetuos? Quantum ad primam partem, notandum quod, sicut dicit GOFF, primo quodlibet, q. XXXI^a⁴⁴²; *Usura greco nomine*

^f reemere] emere G

^g Respondeo om. G

437. Cf. *supra*, I, pp. 178-181.

438. *Ibid.*

439. Cf. *supra*, I, pp. 209-210.

440. *Ps.* 118, 85. *Ad Ephesios* est sans doute une allusion à *Eph.* 6, 12, où S. Paul parle des esprits pervers qui sont dans les régions célestes (*spiritualia nequitiae in coelestibus*) et à *Eph.* 2, 2, où il est question du démon, le chef du pouvoir de l'air (*secundum principem potestatis aeris hujus*).

441. Cf. *supra*, II, p. 181.

442. Il s'agit, en fait, de H. A GANDAVO, *Quodlibeta*, I, q. 39, f° XXV^r et v, que Nicolas copie, en l'abrégant parfois un peu jusqu'à la fin de la citation de *Lc* 19, 21 : *non seminasti*. On retrouve le même texte chez JACOBELLUS, *Contra usuram*, p. 377-379.

cathos^h appellatur, sub quo nomine PHILOSOPHUS, in primo *Polliticorum*, annumeratⁱ eam inter species pecuniative, translative. Dicit enim quod est quedam pecuniativa proprie dicta que est pars yconomice. Alia vero est pecuniative translative, que [G, 131^r] non est pars yconomice. Prima est acquisitiva pecuniarum de rebus naturalibus vel de operibus vel factis circa res naturales ut de vino, blado, ... vel huiusmodi et de opere fabrili, etc. ... Cuius proprietas non est ad infinitam pecuniam, sed solum ad quantum indiget dispensator ad dispensandum domum. Secunda pecuniativa dicitur illa que dicitur camporia, et est acquisitiva pecuniarum de pecunia contra naturam et contra invencionem pecunie⁴⁴³. Non enim inventa est pecunia ad eius multiplicacionem, sed ad aliarum rerum per eam comutacionem et ad vitam necessariorum, et talis camporia, ut ibidem dicit PHILOSOPHUS, species est cathos, hoc est usure species, Huius PHILOSOPHUS determinans⁴⁴⁴ dicit quod talis se ipsam ..., de nummis scilicetⁱ paucioribus per mutacionem concessis, multiplicat recipiendo plures, quasi ipsi nummi quosdam alios nummos generassent apud illum cui mutuati sunt ut reddantur cum suo fetu. Unde usura hoc nomine cathos vocatur apud Grecos. Cathos enim grece, id est partus latine, quia in rebus parta, id est genita, similia sunt, in forma et specie suis generantibus. Ideo cathos quasi simile numisma generatur. Ex simili, cum usurarius accipit plures nummos pro paucioribus, quod est maxime contra nummi naturam. Ex quo infert quod usura non solum ex lege positiva est peccatum, sed eciam ex lege naturali. Et hoc eciam probat distinguendo inter res quarum substantia et usus differunt, ita quod sub alio precio cadere potest substantia et sub alio usus ... et illarum quarum substantia non differt ab usu, nec unum potest transferri sine alio, ut sunt illa quorum usus est perfecta consumpcio aut alienacio substantie rei, sicut contingit de pane. Et de genere talium [G, 131^r] est pecunia. Circa quod nota quod PHILOSOPHUS⁴⁴⁵ distinguit hic duplicem rei usum. Unum ad quem est per se, alium ad quem est per accidens, ut sotular ad calciandum est per se et ad hauriendas aquas est per accidens. Sic nummi usus per se est translacio substantie sue. Per accidens autem usus eius potest esse pompa et apparencia. Et ideo ad talem potest alteri locare pecuniam numeratam in sacco pro precio et iste [F, 148^r] pecuniam integram restituere. Quod nullo modo in usu eius proprio contingit. Ex quo infert quod propter^k nummi locacionem nichil potest ultra substantiam eius recipere. Quod si fiat accipit aliquid pro quo nichil dedit. Et ita cum suo alienum tollit. Quod est directe

^h cathos] Ici et chaque fois que le mot revient dans le texte emprunté à H. DE GAND, celui-ci écrit : *tocos*

ⁱ annumerat corr. determinat

^j scilicet] sive G

^k propter] pro H. DE GAND

443. Cf. ARISTOTELIS *Politica*, I, II, c. III (*Opera*, t. I, p. 490-491).

444. *Ibid.*

445. *Ibid.*

contra equalitatem iusticie naturalis comutative in qua debet esse equalitas omnimoda in precio dati et recepti. Quod probat per CRISOSTOMUM, super Matth. XXI, ibi: «eiciebat de templo ementes», de quo eciam supra⁴⁴⁶ et subdit: tali congrue dicitur Luce XIX^o: «Congregas ubi non sparsisti, metis ubi non seminasti»⁴⁴⁷.

91. Deinde dicit talis⁴⁴⁸: *Procul dubio, locacio seu comutacio est cum aliquis emit certos redditus ad vitam pro certa summa pecunie, vel eius valore, prout patet in tali exemplo: det⁴⁴⁹ aliquis centum^l libras ut ad vitam recipiat quolibet anno quindecim^m. Hic infra octoⁿ annos recipit sortem et vinginti libras ultra^o. Quid restat^p recipere viginti libras^q ultra sortem, quolibet anno recipiendo partem aliquam sortis secundum predictam paccionem et recipere in octavo anno^r simul totam sortem et viginti^s libras ultra, sub tali paccione quod aliquis dat alicui centum libras^t recepturus pro eis post octo^u annos centum libras^v cum viginti^w libris. Revera in nullo restat^x, ymmo*

^l centum] centum libras parisienses H. DE GAND

^m quindecim] quindecim turonenses H. DE GAND

ⁿ octo] novem D, F, G

^o viginti libras ultra] et decimo anno et decem libras ultra D, F, G; decem libras turonenses H. DE GAND

^p restat] refert H. DE GAND

^q viginti libras] decem D, F, G; decem libras turonenses H. DE GAND

^r in octavo anno] in quolibet anno D, F, G; in anno nono H. DE GAND

^s viginti] decem D, F, G; decem libras turonenses H. DE GAND

^t libras] libras turonenses H. DE GAND

^u octo] novem D, F, G et H. DE GAND

^v libras] libras parisienses H. DE GAND

^w viginti] decem D, F, G; decem libras turonenses H. DE GAND

^x restat] refert H. DE GAND

446. Cf. *supra*, II, p. 187.

447. *Matth.* 25, 24 et *Lc* 19, 21.

448. Il s'agit encore d'Henri de Gand.

449. A partir de: *det aliquis ...* jusqu'à *... speratur* (chez Jacobellus: *recipiatur*), puis de: *in contractu quo quis ...* à *... victurum* et, enfin, de: *quidam dant ...* à *... dederunt*, le texte, sauf quelques légères variantes, est commun à Nicolas de Dresde et à Jacobellus de Střibro (*Contra usuram*, p. 180-181). La première partie en est, encore une fois, une copie inavouée d'HENRI DE GAND (*Quodlibeta*, I, q. 39, f^o XXVI^r). Seulement les chiffres donnés par les trois auteurs ne concordent pas. Comme il ressortira de la comparaison des chiffres retenus dans le texte avec ceux de l'apparat, Jacobellus a abandonné la distinction d'Henri de Gand entre les *librae parisienses* et les *librae turonenses*. Ne parlant plus alors que de livres sans aucune spécification, il a modifié les chiffres en conséquence, de façon à aboutir à un calcul logique et facile. Nicolas, négligeant lui aussi de spécifier de quels livres il s'agissait, a gardé les chiffres d'Henri de Gand. Il aboutissait ainsi à des affirmations chiffrées absolument intenable. Pour la clarté de l'exposé, ce sont les chiffres de Jacobellus qui ont été retenus dans le texte. Ceux d'Henri de Gand et de Nicolas figurant dans l'apparat des variantes.

videtur maioris pietatis totum [G, 132^r] accomodare usque ad octo^y quam singulis annis recipere porcionem^z.

92. *Et tamen in isto ultimo contractu manifeste est usura. Ex quo infert quod contractus quo redditus emuntur ad vitam, expectando aliquid recipere ultra sortem, si forte supervixerit receptionem sortis, est usurarius. Sola enim spe et expectatione plus recipiendi comittitur usura. Idem est si pro certa summa pecunie ab ecclesiis vel a comunitatibus pensiones recipiant ad vitam, spe et expectatione accipiendi aliquid ultra sortem. Hoc enim solum usura, quod ultra datum semper aliquid speratur, sicut aperte dicit GOFF in Summa sua⁴⁵⁰. Patet itaque quod si emens redditus accipat ex redditibus ultra id quod dedit, quamdam speciem usure comittit, ut patet ex interpretacionibus usure. Dicitur enim quasi usus eris, nam de usu pecunie nichil potest accipi et si accipiatur, vocatur usura. Ergo ab usu eris dicta est usura. Vel dicitur quasi rapina usus, quia si de usu eris accipitur pensio eris, ibi est rapina usus. Cum igitur in vendendo redditus ad vitam, pecunia est principium et finis, quia pecuniam dat et pecuniam recipit, quare si de hoc recipiatur emolumentum, nichil erit aliud quam emolumentum accipere de usu pecunie, quod sine usura esse non potest.*

93. *[F, 148^v] Deinde in contractu quo quis vendit redditus ad vitam [D, 228^{vb}] intendit minus dare de suo quam acceperit de alieno, sperans illum minus victurum. Et ideo dicendum cum eo quod predictum est de contractu empcionis per GOFF dicentem quod qui dant ecclesiis pecunias et ab eis recipiunt certas possessiones tenendas toto tempore vite sue... Credo, dicit, quod illicitus sit contractus eo quod homines sperant diu vivere et taliter contrahentes credent se amplius percepturos de proventibus possessionum quam sit pecunia quam dederunt⁴⁵¹.*

94. *Et iterum: Quid ergo, inquit, de quibusdam [G, 132^v] qui recipiunt pecuniam et concedunt certas possessiones tenendas toto tempore vite illorum a quibus pecuniam accipiunt. Non video, ait, quomodo non sit illicitus contractus, eo quod homines, sperantes alios cito mori, taliter contrahentes credunt illos minus accepturos de proventibus possessionem quam sit pecunia quam dederunt. Unde etsi propter necessitatem habendi paratam pecunie, illud ab inicio fecerunt, non sperantes ementes minus percepturos, sed tamen contingit illos citius mori et minus percipere, non video quo titulo naturalis iusticie potest venditor tenere quod supra est pro quo nichil dedit. Non enim ratione per accidens dedisset emptor aliquid de suo, nisi sperasset se percep-*

^y octo] novem D, F, G et H. DE GAND

^z recipere porcionem] infra porcionem recipere G

450. G. DE TRANO, *Summa...*, p. 212^{ra} et *passim*. Ici se termine le passage d'Henri de Gand, recopié par Jacobellus de Stribro et Nicolas de Dresde.

451. *Ibid.*, p. 214^{va}.

*turum tantundem vel amplius de alieno. Et dicit idem, quodlibet II^o, q. XV: Dictum est michi a quodam quod vidit duas bullas a papa impetratas contra ementes ad vitam ad restituenda p̄cepta ultra sortem*⁴⁵².

95. *Per se ergo loquendo... hoc modo possunt emi redditus ad vitam ut quod emanantur fructus alicuius... rei et postea ille fructus sic emptos det pro certo numero denariorum annuatim, ita quod talis emp̄cio non sit solum in denariis, sic quod denarius sit ibi principium, medium et finis, sed etiam sit in ipsis rebus, ut quod pro denariis emanantur res aliquae vel fructus rei ad vitam et ex hoc redditus habeantur. Hec posicio est determinata per fratrem EGIDIUM de ordine fratrum heremitarum sancti Augustini, V^o quodlibet suo, XXIII q.⁴⁵³, et notat GOFF, ubi supra, quod multi viri et magni hoc approbant et^a, licet multi contra murmuraverunt, tamen, ut credo, dicit, non continet nisi iuris equitatem naturalem*⁴⁵⁴.

96. Quantum ad secundam partem questionis, scilicet an liceat emere redditus perpetuos, respondit GOFF, X^o quodlibet, q. XXIII⁴⁵⁵, premitendo primo quod *pecunia est tale quid in qua per [G, 133^r] se non cadit emp̄cio vel [F, 149^r] vendicio ut extremum, sed ut medium utriusque. Et ideo ubicumque et quantumcumque traditur pecunia in contractu tamquam extremum, non tanquam medium emp̄cionis et vendicionis, mutuo traditur. Et ideo spes aliquid recipiendi pro huiusmodi pecunie tradicionem... est usura. Si ergo pecunia nuda^b datur et nulla emp̄cio omnino et vendicio interveniat sive ut tota simul recipiatur post lapsum temporis^c et aliquid amplius, ... sive per quotam aliquam^d singulis annis recipiatur intencione plus recipiendi sorte, sive per se quoad vitam, vel per heredes, sive suos successores ad vitam, plurimum autem ad perpetuum, procul dubio non video quin sit usura. Nec enim in aliquo*

^a et om. G

^b nuda corr. nude

^c temporis om. D, F, G

^d aliquam] aut pro D, F, G

452. A partir de *Et iterum*, le texte cité n'est plus de Geoffroy de Trano, mais d'HENRI DE GAND, *Quodlibeta*, II, q. 15, f^o XL'-XLI'.

453. AEGIDIUS COLUMNAE *Quodlibeta*, Louvain 1946, t. I, q. 24, p. 399^a et ^b.

454. Il n'est pas clair à quel passage de Geoffroy de Trano il est fait allusion ici. Nicolas de Dresde n'est pas lui-même très sûr de sa référence (*ut credo...*).

455. A partir de *pecunia est tale quid...* jusqu'à... *annuatim recipienda*, le texte est une copie littérale inavouée d'HENRI DE GAND (*Quodlibeta*, VIII, q. 24, f^os CCCXXXIII'-CCCXXXIV'). Jusqu'à: *et secundus*, le même passage d'Henri de Gand a été recopié par JACOBELLUS DE STRIBRO (*Contra usuram*, p. 381-382), sauf que l'opinion attribuée ici à Geoffroy de Trano, l'est par Jacobellus à Henri de Gand. C'est la référence de Jacobellus qui est la bonne. A noter aussi que l'exposé de Nicolas est rendu obscur du fait de l'omission de deux passages du texte d'Henri de Gand. Je les ai remis, entre crochets, à leur place dans le texte.